

Johann Wiezen

Per-Illustre Iudicium Provinciale, Ministerium Maxime Reverendum, Senatum Civitatis Amplissimum, Omnes Denique Literarum Fautores Et Studiosos, Ad Audiendas Orationes Nonnullas De Pace Optima Rerum, a Discipulis Qvibusdam Publice Recitandas, horam circiter nonam D. ea, qva fas est, submissione atqve humanitate invitat

Schwerin: Schröder, 1692

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746894627>

Druck Freier  Zugang



MK-10276 (1)

O. HÜNEMÖRDER
UNIVERSITÄTS-
BUCHBINDEREI
ROSTOCK
Grüner Weg 5

Ex
Bibliotheca
Academica
Rostochiensis


P. A. S.

PER-ILLUSTRE JUDICIUM PROVINCIALE, MINISTERIUM MAXIME REVERENDUM, SENATUM CIVITATIS AMPLISSIMUM, OMNES DENIQUE LITERARUM FAUTORES ET STUDIOSES,

AD

AUDIENDAS ORATIONES NONNULLAS

DE



PACE

OPTIMA RERUM,

à

DISCIPULIS QUIBUSDAM PUBLICE RECITANDAS,


horam circiter nonam.

D. postridie Ascensionis Dominicae

ea, qua fas est, submissione atque humanitate invitatur.

JOHANN. WIEZ/ SCHOLÆ

PARCUMENSIS R.



SVERINI,

Typis PETRI SCHRÖDERI, Anno 1692.

M-1262³



Tantum, tantum est optatissimæ pacis bonum, ut nihil gratius soleat audiri, nihil suavius acquiri, nihil melius inveniri. Enim verò artes optimæ excoluntur pace, urbes legesque populi vigent pace, virtus & pietas florent pace. Si M. Tullius pro me loqvatur, id certè dicat: Tempore belli Respublica, veluti tenebris involuta, sedet, sed bellò sublatò, lux quædam oriri videtur, & minus turbulenta esse incipit. Dicerem etiam hoc, agros tempore togatò commodius coli, & mercaturam majori cum quæstu institui, quàm tempore sagatò; verùm hæc commemorare nihil attinet. Nam cum hostium copiæ non longè absunt, etiamsi irruptio facta nulla sit, tamen pecora relinqvuntur, agricultura deseritur, mercatorum navigatio conqviescit. Ita neque ex portu, neque ex decumis, neque ex scripturâ vectigal conservari potest. Quare sæpe totius anni fructus, unò rumore periculi, atque unò belli terrore amittitur. Quantam verò jucunditatem inde conciliari paci putatis, quòd ipse PACIS PRINCEPS, clausò Jani templò, quod belli temporibus patebat, sub Optimò Augustò voluit nasci? Meò, si quod est, judiciò, verus ille Pacis Auctor



1098

Auctor, & Orbis universi Servator, JESUS CHRIS-
TUS, eò ipsò ostendit, quantum salutarem pacem
bello anteferet periculosissimo. Etiam si verò paci,
quæ nihil habitura sit insidiarum, semper est consulen-
dum: tamen paci insidias struenti est diffidendum, in-
primis cum bellum sit latè divisum, ac dispersum, nec
nisi ob pacem, sanctius servandam, suscipiatur. Equi-
dem bellum si dixerimus, omne malum dixerimus, sed
pacem dolosam malum bellò majus dixerimus. Si-
cuti enim multò perniciosior adulatoris est blanditia,
quàm hominis maledicentissimi aperta convicia: ita
simulata quoque pax, dum vel sub amicitiae nomine
obrepit, vel voluptatis & dulcedinis illecebris venenum
occultat, pestem & perniciem multò majorem, quàm
ullum externæ adversitatis, calamitatisve, genus infert.
Experta hoc Germania nostra toties est, quoties cum
Regibus astutis, & ad fraudem acutis, fecit pacem.
Experta hoc est velin solò LUDOVICO XIV, qui ho-
die in Galliâ summam tenet imperii. Cum igitur Gal-
lia nostrò tempore multa misceat & toti ferè Europæ
terrorem incutiat, tantam Gallia suppeditat dicendi
copiam, ut res Gallicas persequentibus modus in dicen-
dò quærendus sit. Ut verò, quò dicturi de pace sint
discipuli, ordinem indicemus, cathedram publicam
conscendet

I. JOHANNES PHILIPPUS Lange/Northemiâ
Hannoveranus, facturus verba pro necessitate pacis,
quam Germania nostra cum Gallis & Turcis, istorum
sociis, ineat.

II. JOHANNES JOACHIMUS Neumann/Par-
chimensis, commendabit prudentiam, circa negotium
pacis cum Gallis & Turcis adhibendam.

III.

III. JOHANNES BARTOLDUS Eichholz/Dö-
mitziö - Meklenburg. ostendet, pacem publicam sub
Ludovicö XI, qui primus regni Gallici opes vehemen-
ter auxit, turbatam valde esse.


IV. FRIDERICUS Wietz / Wittstochiö - Mar-
chicus, idem contendet factum esse sub Carolo VIII. &
Ludovicö XII. Regibus Galliaë.

V. HARTMANNUS HERMANNUS Müller/
Graboviensis, Ebræö Sermone de pace, per Christum
nobis partâ, perorabit.

VI. FRIDERICUS Eusemihl / Neükirchâ Meklen-
burgensis, sermone Græcö veram animæ pacem ex-
plicabit.

Jam omnes ac singulos Musarum Patronos & Fau-
tores oro atque obsecro, ut sepositis paulisper gravio-
ribus, attente bonaqve cum veniâ verba timidè dicen-
tium excipiant. Equidem sermo eorum erit levis, &
non satis summorum virorum personis dignus, bene-
vola tamen Auditorum præsentia ipsi ad majora ten-
tanda, tanquam calcaribus, maximè concitabuntur.
Quod si beneficiö hóc ludus noster ornabitur, prope-
diem discipuli nostri per ὁμοῦ προσωσιν sistent: DEUM igne
PARCHIMO exitium comminantem Civitatem PAR-
CHIMENSEM lamentantem, FILIUM DEI pro Par-
chimö deprecantem, DEUM PARCHIMI vicem
commiserantem Valet. Dabam Parchimi,
Annö M. DC, XCII.






tor, & Orbis universi Servator, JESUS CHRI-
STUS, eò ipsò ostendit, quantum salutarem pacem
periculosissimo. Etiam si verò paci,
si sit insidiarum, semper est consulen-
ti insidias struendi est diffidendum, in-
si sit latè divisum, ac dispersum, nec
sanctius servandam, suscipiatur. Equi-
liberimus, omne malum dixerimus, sed
malum bellò majus dixerimus. Si
perniciosior adulatoris est blanditia,
maledicentissimi aperta convicia: ita
est pax, dum vel sub amicitiae nomine
supertatis & dulcedinis illecebris venenum
n & perniciem multò majorem, quàm
adversitatis, calamitatisve, genus infert.
ermania nostra toties est, quoties cum
, & ad fraudem acutis, fecit pacem.
velin solò LUDOVICO XIV, qui ho-
mmam tenet imperii. Cùm igitur Gal-
lore multa misceat & toti ferè Europæ
iat, tantam Gallia suppeditat dicendi
Gallicas persequentibus modus in dicen-
it. Ut verò, quò dicturi de pace sint,
nem indicemus, cathedram publicam

ANNES PHILIPPUS Lange/Northemiâ
, facturus verba pro necessitate pacis,
a nostra cum Gallis & Turcis, istorum

ANNES JOACHIMUS Neumann/Par-
amendabit prudentiam, circa negotium
s & Turcis adhibendam.

III.



the scale towards document

A